## Postcommunion

Profíciat nobis ad salútem córporis et ánimæ, Dómine Deus noster, hujus sacraménti suscéptio: et sempitérnæ sanctæ Trinitátis, ejusdémque indivíduæ unitátis conféssio. Per Dóminum.

May the reception of this sacrament, O Lord our God, and the confession of the holy and eternal Trinity and of its undivided unity, profit us to the salvation of body and soul. Through our Lord.

## Commemoration of the First Sunday after Pentecost

Tantis, Dómine, repléti munéribus: præsta, quæsumus; ut et salutária dona capiámus, et a tua numquam laude cessémus. Per Dóminum.

Grant, we beseech Thee, O Lord, that we who have been replenished with so great gifts, may both receive their saving benefits and may never cease from praise. Through our Lord.

## Gospel: Luke 6. 36-42

In illo témpore, dixit Jesus discípulis suis: Estóte misericórdes, sicut et Pater vester miséricors est. Nolíte judicáre, et non judicabímini: nolíte condemnáre, et non condemnabímini. Dimíttite, et dimittémini. Date, et dábitur vobis: mensúram bonam et confértam et coagitátam et supereffluéntem dabunt in sinum vestrum. Eádem quippe mensúra qua mensi fuéritis, remetiétur vobis. Dicébat autem illis et similitúdinem: Numquid potest cæcus cæcum dúcere? nonne ambo in fóveam cadunt? Non est discípulis super magístrum: perféctus autem omnis erit, si sit sicut magíster ejus. Quid autem vides festúcam in óculo fratris tui, trabem autem, quæ in óculo tuo est, non consíderas? Aut quómodo potes dícere fratri tuo: Frater, sine, ejíciam festúcam de óculo tuo: ipse in óculo tuo trabem non videns? Hypócrita, éjice primum trabem de óculo tuo: et tunc perspícies ut edúcas festúcam de óculo fratris tui.

At that time Jesus said to His disciples: Be ye merciful, as your Father also is merciful. Judge not, and you shall not be judged. Condemn not, and you shall not be condemned. Forgive, and you shall be forgiven. Give, and it shall be given unto you: good measure, and pressed down, and shaken together, and running over, shall they give into your bosom. For with the same measure that you mete withal, it shall be measured to you again. And He spoke also to them a similitude: Can the blind lead the blind? do they not both fall into the ditch? The disciple is not above his master: but every one shall be perfect, if he be as his master. And why seest thou the mote in thy brothers eye: but the beam that is in thy own eye thou considerest not? Or how canst thou say to thy brother: Brother, let me pull the mote out of thy eye, when thou thyself seest not the beam in thine own eye? Thou hypocrite, cast out first the beam out of thine own eye; and then shalt thou see clearly to pull out the mote from thy brother's eye.


Phone: (562) 8691-5246 E-mail: president@uvoc.org
Website: www. uvoc.org

*The Holy Trinity supported by the Thrones*




**Proper Prayers of the Mass**

**Trinity Sunday**

**Provided Courtesy of Una Voce Orange County**